Job et Thobias irridebatur Affuerũt illico creditores mon-
tes debita sibi persolui. fugit pecũia. capiunt pignora nemo
fideiussit. quoniã desertus erat ab om̃ibus. Cũqꝫ angustie eũ
premerẽt vndiqꝫ ait apud se mestꝰ lachrimisqꝫ ꝓfusus. Quid
faciã miserorũ miserrimꝰ. quo me vertam: quid attemtabo.
Nũmus honoratur. sine nũmo nullꝰ amat. fodere nõ valeo.
inter notos etiã mendicare erubesco. Ad cuiꝰ tandẽ auxiliũ cõ
fugiã Ecce celũ et terra. ꝑiter et oĩa mihi aduersant elementa
Derideor ab amicis. alienus sum bñficijs ac destitutꝰ opor-
tunis consiliarijs Melius ergo mihi est vt mendicus peregri
ner ad sanctum. Jacobum. quaꝫ tantis malis subiacens in-
fester molestijs quottidianis a creditoribꝰ. Accepto igit ba-
culo clam ciuitatem exijt. et totus desolatus et contristatus
in agro ad deũ genuflexu se conuertit dicẽs. O benignissime
et misericors deus meus domine hiesu christe. fateor me mise-
rum peccatorem supra modum et grauiter te offendisse. disso
lute et prodigaliter vixisse. te precor peccatoruꝫ maximus / de-
solatus et omni refugio solacij priuatus. qui non suꝫ dignus
a te exaudiri. Sed precor pie domine. si quis in celis sanctoruꝫ
sanctarumue fuerit consolator / aut contritorum patronus.
seu releuator oppressoruꝫ. te prestante mihi subueniat. Tu em̃
nosti obprobrium meum et confusionem. tu sis notus meus
dux meus et adiutor meus. Indica queso mihi ad quem san-
ctorum et aduocatum me conuertã. Nec mora p̄canti sanctꝰ
Jacobus aderat in via comes quem duduꝫ peculiator elege-
rat in apostolum. apparuit aũt in peregrini specie dicẽs Cur
fles o care iuuenis. que causa meroris tui / et quo tendis Do-
minus tecum. et saluus esto Recte ne sunt omnia. Cui cũ per
ordinẽ disfortunij narrasset euentus. ait apostolus. Si que-
ris solacium confuge ad sancte Anne patrocinium Illã ho-
nores de cetero / illam coles. vitem inq̄ vberrimã. vnde ꝓfluit
vinum leticie et vite eterne. cuius botrus ceteris puchrior v̉go
Maria. ac vinũ expressum filius eius hiesus christus q̇ solus
torcular calcauit. et mustum celestis glorie propinauit Illam

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-236/0030
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG